



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio nona. Vtrum ignis inferni sit corporeus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XLIV.

principales quatuor prima habet duas partes. Primo enim determinat de resurrectione malorum quantum ad naturam Secundo quantum ad penam ibi, queri solet, & illa habet duas partes secundum quod duas questiones incidentes mouet. Secunda ibi, cum autem conserteret.

² PROposito ergo Magister quod damnati cum membris suis resurgent, sed cum Aug. relinquunt sub dubio, utrum relungant cum deformitatibus: patientur tamen damnati in corporibus peccatum non tamen consumuntur, sicut animus dolorem sentit & non corpus. Deinde quare ut verum demones corporalitatem crucientur. Et responderet quod ille ignis corporalis erit, & miro modo alligabitur spiritibus dæmonum, sicut spiritus nostri miro modo alligatur corporibus, & cruciabit ille ignis aerea corpora dæmonum, & ponit unum modum quem tangit Aug. super Gen. & animæ separatae gerunt similitudinem corporum & corporalium membrorum: & sic patiuntur sicut patiuntur in somnis dum somniant se homo ambulare, vel sedere, vel videre aliquid terrible. In fine dicit, quod fortius abortiu qui vixerunt in utero, matris, & monstris resurgent natura in melius reparata.

QVÆSTIO NONA.

Vtrum ignis inferni sit corporeus.

HIC queritur de his quae pertinent ad damnatos: & primo utrum ignis inferni sit corporeus. Et arguitur quod non: quia ignis corporeus agit ex necessitate naturæ, & æquilateriter in corpora eiudem rationis, si æquilateriter approximat, sed ignis inferni non ponitur æquilateriter agere in corpora omnium damnatorum, sed differenter secundum modum culpa, ergo non est ignis corporeus. Minor probatur per Greg. 4. dialog. qui dicit sic: Vnum quidem est gehennæ ignis, sed non uno modo omnes cruent peccatores: vnuquisque in quantum exigit culpa, tantum sentit de pena.

² Item locus debet correspondere locato, sed infernus non est locus corporeus, ergo nec ignis inferni. Minor probatur per Aug. 12. super Gen. ad literam vbi dicit: Spiritualem arbitror esse locum ad quem anima desertur post mortem, non corporeum.

³ Ad idem est quod dicit Damasc. lib. 4. cap. vltimo. Tradetur diabolus & dæmones eius, & homo eius, scilicet Antichristus, & impii peccatores in ignem aeternum non materiali qualis est qui apud nos est, sed qualis videtur novit Deus.

⁴ IN CONTRARIUM est communis doctrina ecclesie, & auctoritate beati Greg. 4. dial. arguitur, qui dicit sic: Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est dannatorum corpora cruciari.

⁵ RESPONSO. Circa questionem istam videntur duo. Primum est de igne inferni, an sit corporeus, Secundum est de loco inferni, vbi sit positus.

⁶ Quantum ad primū secundum est quod non potest sciens per omnimodam certitudinem qualis sit ignis inferni: unde Magister dicit in litera ex verbis Aug. Ignis aeternus cuiusmodi sit neminem scire arbitror, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit. Ex dictis enim sacre scripture constat ignem ibi esse, sed qualis sit non potest efficiatur ex illis dictis concludi. Vnum enim de praecipuis dictis sacre scripture ex quo magis videatur concludi quod illi ignis est corporeus videatur esse illud quod habetur Luc. 16. de diuite epulone qui dicit ad Abraham: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua ut refrigeret lingua meam, quia crucior in hac flamma. Flammam enim nominat ignem corporeum. Si quis ramen aduerteret, ex illo dicto potest efficaciter concludi oppositum quod propositum sic: Talis erat flamma que eum cruciabat, qualis erat lingua quam habebat, & qualis aqua quam petebat, sed confitetur quod lingua quam habebat non erat corporea, nec digitus Lazarus corporeus, nec aqua quam petebat corporea, quia nihil valuerit ei, ergo, ut videtur, nec flamma que eum cruciabat erat corporea. Nihilominus tamen quanvis ex dictis scripture non possit infallibiliter hoc coniungi, tenendum est tamen illum ignem esse corporeum auctoritate Greg. & ratione probabili: auctoritas Greg. expresse est ad hoc. 4. Dial. Ratio etiam probabilis est ad idem, quia puma reprobatorum debet proportionabiliter respondere.

Quæstio IX.

402

dere premo bonorum, sed beati non solum præmiabuntur in anima, sed etiam in corpore, ergo mali non solum puniuntur in anima, sed etiam in corpore, sed ille ignis, nisi esset corporalis non affigeret corpora damnatorum: ex quo ergo ignis necessarius ponitur per auctoritatem scripturae qui cruciabit damnatos, convenientius est ponere ipsum esse corporeum iusdem speciei cum igne nostro, cum talis ignis ex se habeat corpus sensuum affigere, quam fingere nouum ignem & nouam afflictionem: & hac de causa confitetur Aug. in litera ignem quo affiguntur corpora damnatorum esse corporeum.

⁷ Quantum ad secundum, scilicet de loco inferni cōsimiliter est dicendum, quia non potest sciri per certitudinem vbi sit, vt pater per Aug. in litera, & Greg. 4. dial. dicit de hac re temere definire nimirum audeo. Quidam tamen dicunt infernum esse in superficie terræ ex parte opposita terra nostræ habitabili, quam partem vocant orbem tristis, & hoc videtur sensisse Isido. qui dicit, quod sol & luna post resurrectionem in ordine in quo creati sunt stabant, ne impedit in tormentis positi fruantur luce eorum, quæ ratio nulla esset si infernus esset infra terram: quia cùl terra sit opaca, vbi cùl starent sol & luna impossibile esset lumen eorum ad infernum pertingere.

⁸ Ita tamen opinio communiter non tenetur quin potius creditur quod ex opposito terra nostra habitabili non sit nisi aqua quæ secundum naturam circulariter ambit terram, nisi quantum ex proximitate diuina nostra terra habitalis est aquis discoperta propter vitam hominis & aliorum animalium respirantium tuendam. Unde communiter tenetur quod infernus est infra terram, cui alludit dictum scripture in pluribus locis. Dicit enim Ezechias 14. Infernus conturbans est in occurrence tui. Item articulus scripturalis dicit quod Christus descendit ad inferna, quæ quasi expoenens Apost. Ephe. 3. dicit de Christo: Quid est quod ascedit, nisi quia primum descendit ad inferiores partes terre, hoc est ad infernum, in quo insinuatur infernum esse infra terram. Ipsum etiam nomen concordat. Dicitur enim infernum, vel infernus, quia infernus iacet. Per suadetur etiam hoc probabili ratione, quia sicut est grauitas & levitas in corporibus, sic latitudo & tristitia in spiritibus: latitudo enim & tristitia sunt quasi pondus & inclinatio spiritus, sed per grauitatem corpora tendunt deossum, per levitatem vero sursum, ergo similiter locus conueniens spiritibus existentibus in perpetua latitudo, maximè refumptis corporibus debet esse sursum, locus vero conueniens spiritibus existentibus in perpetua tristitia debet esse deorsum: beati autem & nunc & post resurrectionem erunt in perpetua latitudo, damnati vero in perpetua tristitia, propter quod sicut locus conueniens naturæ beatiori erit sursum in celo, sic locus conueniens naturæ damnatorum erit deorsum in profundo terra, & istum locum communiter vocamus infernum. Hanc persuasionem tangit beatus Aug. super Gen. ad literam.

⁹ Ad argumenta in oppositum dicendum. Ad primum quod sicut corpora beatiorum erunt differentia gloria secundum differentiam meritorum, sic corpora damnatorum erunt magis vel minus passibili recte pene secundum differentiam demeritorum. Et ideo unus & idem ignis & equaliter agens quantus est ex parte sua inæqualiter affiget corpora damnatorum propter diuersam passibiliatem eorum. Vel sicut ali dicunt, ignis ille agit non solum ex virtute naturæ sue, sed ut instrumentum diuine iustitiae: propter quod actio eius modificabitur a principali agente, ut qui plus peccauerunt plus crucientur.

¹⁰ Ad secundum dicendum quod Aug. loquitur de anima separata quæ non exigit locum corporealem, nam Deus potuit tam angelos q̄ animas separatas produxisse ante mundum corporeum. Et ideo si sic semper remaneret anima, ita quod nunquam corpori reuniretur non oportet ad eius punitionem assignare locum corporeale. Vel potest dici quod locus ille ad quem anima defertur post mortem dicitur ab Augustino non esse corporeus non quidem secundum se, sed ratione continentia: quia anima in eo corporaliter non existit. Vel dicendum secundum aliquos quod Augustinus loquitur opinan-

EEE 2 de

Magistri Durandi de

do & non determinando, quanuis verba sua videantur sonare ase:tionem.

ii Ad tertium dicendum φ fortē Damascenus hæsitauit, an ignis inferni esset corporeus, & ideo facetur se nescire qualis sit. Vel potest dici φ non negat simpliciter illum ignem esse materialem, sed quod non est materialis sicut ille qui est apud nos; quia non lucet neq; indiget formenis h; ut ignis noiter, quanuis sit eiusdem speciei quo: ad substantiam.

Q Y A E S T I O D E C I M A.

Vtrum corpora damnatorum post resurrectionem patiantur ab igne passione propriè dicta.

S E cundo queritur virum corpora damnatorum post resurrectionem patiantur ab igne passione propriè dicta. Eruditetur & non, quia nullum incorruptibile est passibile passione propriè dicta, sed corpora damnatorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, ergo non erunt passibilia passione propriè dicta. Maior patet: quia secundum Philosphum. e. Topicorum passio magis & magis facta abiicit à substantia, & tandem inducit corruptionem, propter quod omne passibile est finaliter corruptibile. Minor probatur per illud φ habetur Apoc. 9. In diebus illis querent homines mortem & non inuenient eam, & defiderabunt mori & mors fugiet ab illis.

Item sublatio eo quod est principium omnis realis actionis cessabit & omnis realis actio, sed post resurrectionem motus coeli cessabit qui est principium omnis realis actionis, ergo cessabit omnis realis actio, quare & omnis realis passio. Maior de se patet, sed minor probatur: quia sicut se habet motus cordis in animali ad alios motus animalis, ita & se habet motus coeli ad omnes motus inferiores, sed cessante motu cordis necessario cessant omnes motus animalis, ergo motu coeli cessante necessario omnes motus cessabunt, & etiam omnes actiones inferiores. Minor istius pro simili clara est, sed maior istius patet per Aristotelem. s. phys. in principio, & per Rabi Moylen qui comparat motum coeli motui cordis.

Item omnis causa vniuoca reducitur ad aequiuocā, aliquoquin posset esse processus in infinitum, cum inter vniuoca non sit ordo per se, sed actio & passio quæ inueniuntur in ipsis inferioribus sunt secundum vniuocationem, sicut cum calidum calefacit aliud, quia forma agens & terminus actionis sunt eiusdem speciei: oportet ergo φ reducantur in causam aequiuocā & non nisi in motum coeli, ut videtur, ergo eo cessante cessabit talis actio & passio, sed non ponitur alia in damnatis, ergo &c.

4 IN Contrariū argutur, quia sicut corpus cooperatur ad meritum ita cooperatur ad demeritum, sed in bonis in quibus corpus cooperatur ad meritum corpus glorificabatur, & non solum anima, ergo in malis in quibus corpus cooperatum fuit ad demeritum puniunt homo non solum quoad animā, sed etiam quoad corpus, hoc autē non feret si corpus esset impassibile, ergo &c.

5 REsponsio. Quæstio ista apud infideles non est dubia quātum ad conclusionem, quia fides tener & damnati gravissimè affiguntur non solum in anima, sed etiam in corpore, & non solum una p̄sona sensibili, sed & pluribus secundum illud Iob. 34. Ab aquis niuum transibunt ad calorem niuum. De modo autem passionis est diuersitas, & ideo circa hoc sic procedetur: quia primo ponetur quædam distinctio de passione alia à predicta saltem quoad verba, & deinde ponentur diuersae opiniones circa modum patienti.

6 Quātum ad primum dicitur sic, quod cū pati sit quoddam recipere, duplex est modus passionis secundum quod aliquid in alio dupliciter potest recipi. Vno modo naturaliter secundum esse naturale: sicut calor ignis recipitur in aere vel in ligno, & secundū hinc modū receptionis, est unus modus passionis qui dicitur passio naturæ. Alio modo recipitur aliquid in alio per modum intentionalem: sicut similitudo coloris recipitur in aere vel in oculo, & secundū hunc modū receptionis est alius modus passionis qui vocatur passio anime.

7 Hac distinctione supposita sciendū est quod duplex est modus dicendi circa passionem damnatorum. Unus est

Sancto Porciano

quod corpora damnatorum patientur ab igne passione animali non reali, quia aliquid transmutatur a sua natura in dispositione: vnde non calefient ab igne, sed solum intentionaler immutabuntur recipiendo eius similitudinem, & quia apprehendet eum vt nocium, ideo affliguntur. Corpora vero gloria qanuis recipient similitudinem ignis non tamen erunt passibilia, quia nihil recipi ent per modum afficiū vel l̄eſiū. Ratio autem per quā isti probant φ corpora damnatorum nō immutabuntur naturali immutatione ab igne, sed solum spirituali est ista: quia primum alterans in cuius virtute omnia alterata agunt, quasi ab ipso mota est corpus coeleste per motum suum, sed motus coeli cessabit post resurrectionem, ergo tunc cessabit omnis alteratio naturalis corpori inferiori ab initio, ita vt nullum alterum possit transmutare a sua naturali dispositione, sed quia cessante motu coeli adhuc aer à sole illuminabitur, & differentias colorum ad visum deferat, ideo remanebit passio animalis que consistit in receptione specierum sensibilium per quā sola affliguntur corpora damnatorum: quia sensibilia nō est natum solum delectare vel affligere sensum secundum quod agit actione naturæ confortando vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quod agit actione spirituali seu intentionali, quia experimur quod quādō sensibile est in debita proportione ad sentientem, delectat, econtrario autem quando habet in superabundancia vel defectu laedit & contristat, vnde colores medi & voices consonantes sunt delectabiles, & inconsonantes offendunt auditum.

8 Contra modum istum arguitur ab aliis, primo contra conclusionem quæ ponitur. Et secundo contra causam quæ assignatur. Primo contra conclusionem arguitur primo sic: Illud quod nihil reale abiicit sed solum ponit ilud quod est naturæ conueniens non affigit nec inducit veram passionem quæ sit verè afflictua, sed per immutationem spirituali nihil reale abiicitur, sed solum ponit id quod est nature conueniens, quia talis receptio est perfectio sensuum, ergo per talem immutationem nihil affigitur, nec talis receptio est passio verè afflictua, vtræque præmissarum de se patet.

9 Secundo sic: Per illud quod est commune beatis & damnatis non potest ponit afflictio damnatorum, sed immutatio spirituali sensuum a sensibilibus est communis beatis & damnatis, ergo per illam non potest fieri afflictio damnatorum. Maior patet, quia posita causa communis ponitur effectus communis: & ideo si causa afflictionis est communiter in beatis & damnatis, sequeretur φ afflictio estis communis, quod non est verum. Minor similiter patet, quia sensus beatorum immutabuntur a sensibilibus immutatione spirituali sicut sensus dannatorum, aliquoquin non cognoscerent sensibilia quæ damnati cognoscunt quod est eis inconveniens.

10 Si autem dicatur sicut & tactum est quod beati apprehendent ignem seu immutabuntur ab ipso spiritualiter sicut & damnati, non tamen apprehendunt eum vt sibi nocium vel l̄eſiū quo modo apprehendet eū damnati. Contra, quia aut ille ignis erit corporum damnatorum verè l̄eſiū aut non, si non, & tu dicas φ apprehendet eum vt l̄eſiū, ergo illa apprehensione erit falsa, & sic non affliguntur secundū veritatem ab igne, sed solum ex sua falsa apprehensione, quod est inconveniens. & iterum vnde veniret damnari hæc falsa existimatio φ iudicent ignē eis nocium, si in veritate non sit eis nocium, non potest dici quod à Deo, quia Deus nulli immittit falsum iudicium sicut nec peruersum appetitum. nec ex seipso, quia damnati post resurrectionem erunt æquū per se eti seu perfectiores sicut nū sunt, & ideo sicut nū possit recte iudicare de igne vtrū sit eis nocium vel nō, ita tunc poterū, vt videtur. Et iterum: quicquid sit de aliis sensibilibus aliorū sensuum & maximē visus φ possint immutare sensum intentionabiliter sine reali & naturali immutatione (quod non omnes concedunt) sensibilia tamen tactus & maximē calor non videtur immutare sensum tactus nisi naturali immutatione, vel saltus non sine ea, calor enim non videtur causare in medio vel in organo nisi calore, vel si aliud causet nō tamē sine calore, propter quod